

757071

<sup>37</sup>  
TENTAMEN  
PUBLICVM  
EX  
METAPHYSICA

SECUNDO SEMESTRI

EXPLANATA

IN REGIA SCIENTIARVM  
VNIVERSITATE PESTIENSI

Anno MDCCCV. Mense Augusto.

---

EXHIBITVM

EX

PRAELECTIONIBVS

STEPHANI GEORGII SZÜTS,

CLERICI REGVLARIS SCHOLARVM PIARVM  
LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS, NEC NON  
IN REGIA SCIENTIARVM VNIVERSITATE  
HVNGARICA PHILOSOPHIAE PROFESSORIS  
P. O.

---

PESTINI, \*  
TYPIS MATTHIAE TRATTNER.

MÁCKE SZÜTS TITULÁRÉNDI  
TÁRSASÁG  
Szám: 17  
Földvár 2017  
KAZINTVÁRI

DEFENDERUNT

D. D.

C. BRUNSVIK AVGVSTVS de Korompa,  
CZILICH LVDOVICVS.

MAJLÁTH ANTONIVS de Székhely *Stip.*  
*Reg.*

SKVBLICS ALOYSIVS, Illustrissimi Comi-  
tis GEORGII FESTETITS de Tolna &c,  
*Stipendiatus.*



*Philosophiae primum in annum Auditores.*

---

## EX ONTOLOGIA.

---

1.

**V**ERITATES *necessariae* veteri nituntur Aristotelis axiomate, quod vulgo *Principium Contradictionis* audit, estque primum humanae cognitionis principium.

2.


At *contingentes* Leibnitziano illo: *Nihil est sine ratione sufficiente.*

3.

Id tamen, quod Leibnitzius censebat, ipsam etiam Dei voluntatem in rebus con-  
dendis *externa* ratione sufficiente constringi;  
nimium est.

4.

Enti e duobus praedicatis contradictoriis alterutrum convenire debet.



5.

Praeter *externam* rerum possibilitatem admittenda quoque est *interna*.

6.

Cujuslibet entis *essentia* sita est in concordia omnium earum notarum, quae in ente primæ occurrunt, suntque veluti fontes caeterarum.

7.

Cujuslibet entis *essentia* est *necessaria*, *immutabilis*, et *aeterna*.

8.

Quinam *modi* possint inesse enti, ex hujus *essentia* intelligi potest: ratio tamen sufficiens, cur hic, aut ille modus reapse enti insit, in hujus nec *essentia*, nec *attributis* continetur.

9.

*Identitas*, uti et *distinctio* entium in varias classes abeunt.

10.

In quovis ordine habenda est ratio *regulae ordinis*; ex hac enim et genera ordinis, et concinnitas, intelligi possunt.

11.

Perfectio entis *essentialis* est, aut *accidentalis*; *simplex*, aut *composita*: advertendum hic ad *principium perfectionis*; ab hoc





quare etiam compositum infinitum repugnet,  
est necesse.

19.

Ens, quod in essentia sua continet sufficientem existentiae suae rationem, absoluta necessitate existit: illud vero, quod sufficientem existentiae suae rationem in essentia non continet, contingenter existit.

20.

Ens necessarium existit a se, ens vero contingens existit ab alio.

21.

Omne ens compositum est contingens: quare ens necessarium compositum esse non potest.

22.

Ens necessarium est aeternum.

23.

At ens contingens aeternum esse non potest.

24.

Ens infinite perfectum possibile est.

25.

Si existit ens necessarium, illud omnes posibles perfectiones absque ullis limitibus complecti debet: et vicissim quidquid finite perfectum est, ens necessarium esse non potest.

26.

Ens necessarium est immutabile, quidquid proinde est mutabile, contingens esse debet.

27.

Nullum ens contingens potest ullius entis contingentis rationem sufficientem in se continere.

28.

Nec in serie entium contingentium, etiam si ea infinita ponatur, potest esse sita ratio sufficiens existentiae ullius entis contingentis.

29.

Si existit ens contingens, debet existere ens necessarium.

30.


Ens necessarium nonnisi unicum esse potest.

31.

*Principium* generatim est omne id, unde aliquid quoquo modo pendet. Principium vel est *essentiae*, vel *existentiae*, vel *cognitionis*. *Causa* principium existentiae est, atque in *efficientem*, *finalem*, *materialem*, et *formalem* abit.

32.

Nihil potest esse causa efficiens sui ipsius: neque possunt duo entia sibi mutuo esse caussae efficientes.



33.

Ens necessarium causa efficiente caret: at quidquid contingenter existit, causam efficientem habeat, est necesse.

34.

Causa necessaria semper agit, quantum potest; hinc eodem modo ad agendum expedita aequalibus temporibus aequales effectus producit:

35.

At si agat temporibus inaequalibus, effectus sunt temporibus proportionales.

36.

Si duae causae inaequales eodem tempore, aut aequalibus temporibus agant, effectus sunt causis ipsis proportionales.

37.

Effectus causarum necessariorum inaequalium, temporibus inaequalibus agentium, sunt in ratione composita directa ipsarum causarum, et temporum.

38.

Idem potest esse et *effectus*, et *causa finalis* ejusdem: quare argumentatio *Spinozae* contra causas finales sophisma est.

---

## EX PSYCHOLOGIA.

39.

Anima humana praedita est *facultate appetendi*, quae tamen ad actum non nisi repraesentata boni, malive ratione determinatur.

40.

Praedita pariter est anima humana libertate arbitrii.

41.

Voluntas humana nullum bonum finitum vult necessario: in bonum tamen infinitum, clara intuitionem cognitum, necessario fertur.

42.

Jus voluntatis in alias potentias varie est limitatum.

43.

Anima humana non est certa *materiae organizatae portio*, neque ejus operationes per meros *motus locales* possunt explicari, ut voluit Hobbesius.

44.

Sed est substantia simplex, et omnis expers materiae.

45.

Vetus Pythagorae doctrina de *praesistentia* animarum, et *metempsychosi* sustineri non potest.

5:01 - 24408



757071



Ne... tentia, qua statui-  
tur, ani... raducem propagari.

Ani... rpori intime esse  
unitam c... ima haec unionis  
natura, s... nec systemate ad-  
*sistentiae*... *praestabilitae* rite  
explicatur... *s physici*, ut ut  
et ipsum g... tibus prematur,  
sustineri ta

N... ae.

Bes... omata, ut vo-  
luit Cartesius :

50.

Sed agnoscenda est in iis anima cogno-  
scendi facultate praedita.

51.

Carent tamen eaedem intellectu, et ra-  
tione, uti et *libertate indifferentiae*. Actio-  
nes bestiarum, quae speciem quamdam ra-  
tiocinii referre videntur, per *instinctus na-  
turae*, et per *expectationem casuum simi-  
lium* explicari commode possunt.

52.

Quae proinde facultates, in bestiis ob-  
servatae, evincunt, animas brutorum esse  
substantias simplices, et incorporeas.

DEBHECEN EGVEYEM KÜSTFAR  
Lelt. 80442 - 1812

1812